Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



83

studium; Quere tibi opus utile. quo animi infigatur intentio. Cū
opere uacā lectioni. uacā in meditatione scripturarum. uacā in legendi.
habeto in diuinis libris frequentiam. Adsiduitas legendi sit tibi. sit
tibi frequens lectio. sit cotidiana legis meditatio; Lectio uitē de
mit errorem; Lectio mundi subtrahit uanitatē. Lectioni sensus
⁊ intellectus augetur. Lectio enī docet. quid caueas. Lectio osten
dit quo tendas; Multum proficies cum legis. si facias qd legis. Iam
⁊ sicetera bona placent. si talia grata sunt. si in uoluntate sunt. si in
uoto sunt. si in bonis cunctis animus est paratus. DE HVMILITATE.

Esto humilis. esto in humilitate fundatus. esto omnium ultimus
⁊ nouissimus; Fundatus in humilitate minimū te fac. nulli te
preponas. nulli te superiorē deputes; Existima omīs superiores esse tibi.
omnium te minimum existima. Inferiorē te omnib; deputa. quam
uis sūmus sis. humilitatē tene; Si humilitatē tenueris. habebis gtam;
Quantum enī humilior fueris. tantum te sequitur gta ⁊ altitudo;
Caue autē iactantiam. caue ostentationis appetitum. caue gtē inanis
studium. Non te arroges. non te iactes. non te insolenter extollas;
Alas supbie non extendas. elationis pennas non erigas. Nihil de te
presumas. nihil boni tibi tribuas. De iustitię uirtute nulla elatione
superbias. de bonis factis non extollaris. de bono opere. non glorieris;
Descende. ut ascendas. humiliare. ut exaltetis. ne exaltatus humi
lieris. Qui enī adtollitur. humiliatur. qui exaltatur deicitur.
Qui eleuatur. prosternitur. qui inflatur adliditur. quia de excelso
grauior casus est. de alto. maior ruina est. Supbia angelum deposuit.
elatio. excelsos deiecit. Arrogantia. sublimes humiliauit. humilitas
autē. casum nescit; Humilitas lapsum non nouit. humilitas. ruinā
num quā incurrit. num quā lapsum passa est humilitas; Cognosce
homo. quia dī humilis uenit. quia se in formam serui humiliauit.
factus obediens usq; ad mortē. Ambula sicē ⁊ ille ambulauit. sequere
exemplum eius. imitare uestigia eī. DE ABIECTIONE ET PENITENTIA.

Existe uilis. existe abiectus. existe despectus. Displice tibi.
despectus esto apud temet ipsum. Qui enī sibi uilis est ante
dm magnus est. qui sibi displicet dō placet; Esto igitur paruus in